



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XX. De Feudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

in resignatione facta ex causa permutationis? R. Videi, non requiri, ex eo, quod publicario desideretur ad evitandas fraudes, que in clandestinis renunciationibus sunt obviae, non etiam in permutationibus. Deinde quod in dicta Reg. fiat mentio tantum resignantium simplificare, non etiam ex causa permutationis, quae non est simplex, sed qualificata. Fari argu-
mentum sumptum à donatione, quae simplex requirit inscriptionem, si excedat summan-
quingentorum solidorum, non etiam remunera-
toria, ut tractatum D. De donationib. nu. 41.
& seqq. Contraria tamen sententia possit vi-
deri probabilius, quod verbum, Resignatio,
non tam referatur ad eam, quae sit in favorem,
quam & ad eam, quae sit ex causa permutationis.
Deinde eadem ratio evitanda fraudis sub-
est etiam in resignatione ex causa permutationis, in qua non minus occulte & simulata
resignationes possint cauillare intrusionem,
in grave animarum periculum. Atque ita in
Constitutione Gregorii XIII, sit etiam mentio
resignationis ex causa permutationis, quam
citat Flamin. De resignat. benef. lib. II. q. 2. nu. 4.
Videtur d. c. 24. q. 7. Gaf. De Benef. p. II. c. 3.
5. 4. nu. 273. & seqq.

39 Facienda autem publicatio in loco beneficii,
sive resignationis sicut in Curia, sive extra. Flamin.
d. lib. II. q. 6. nu. 2. Et quidem in ipsa beneficium
Ecclesia, iuxter Missarum solemnia, secundum
d. Constat. Greg. XIII. Quod turius est, licet &
valeat, si fiat in porta Ecclesiae, die solemniae, &
populo convenienter ad Missarum solemnias,
quod per eam sufficienter res iunctilescat, &
fraudes evitentur. Flamin. d. loco nu. 21. Sed & in
ipsa publicatione exhibendae litterae Aposto-
licas desuper conscribantur, secundum modum &
formam dicta Constitutione praescriptam, que
semper & ubique observari praecipiuntur, nece-
ssaria, vel & qui pollicens ullo modo amittitur, Azor.
d. c. 24. q. 8.

TITULUS XX.

De Feudis.

SUMMARIUM.

1. Feudi origo, etymon, definitio.
2. Infeudatio rei Ecclesiastica prohibita.

3. An & rei in feudum dari solite?
4. An si jura verit. Pralatus non infeudare?
5. Dominus ex feudo sibi oppignerato fructus
perceptos non computat in sorte?
6. Licet etiam fructus excedant servitia.
7. Quod tamen fallit certis casibus.

Intra alienationis species est Feudum, non à Romanis originem trahens, sed ex moribus, ut videtur, Longobardorum. Etymon nominis à Fide seu Fidelitate deductum. Varijs ejus traditus, definitio minus commoda. Videatur recte definiti ususfructus quidam rei immobilis sub conditione fidelitatis. Non male ususfructus ponitur loco generis, cum per feudum acquiratur jus utendi, ftiendi re aliena, salvā ejus substantia: qua est definitio ususfructus, ut definitum ei conveniat. Non tamen negandum, multa esse in Feudo, que non sunt in ususfructu; ut quod transferat utile dominiū; morte possidentis non finiatur, sed in generationes certas, certasve personas, ut masculos tantum, transeat, quibus deficienteibus redeat ad eos, à quibus profectum, ad quos & ex aliis cauillis reddit, ut refutatione vasalli, commissā per eum feloniam, quo verbo notatur improbitas & ingratitudo vasalli in dominum, qua de te latē in libris Feudorum.

Contraet omnino speciem alienationis, cum secundum definitionem, transeat ususfructus perpetuus in vasallum, cum detimento Ecclesie, qui est inter alienationes prohibita. I. Iubemus 14. C. De SS. Eccles. * Imò ipsa infeudatio rei Ecclesiastica specialiter prohibita, Extravag. Ambitios. De reb. Ecc. non alienan, nisi concurrentea, que sunt requirentia ad justam alienationem, de quibus supra Tit. 13.

Unde queribile posset, An ipsis opus sit in concessione feudali rei in feudum dari solite, que ad Ecclesiam revertit? R. non est, quæstionem, an possit concedi, ultimo possidente adhuc superfite, quia needum vacat, ut non videatur quid Ecclesiastica rei transferri, c. 7. sup. De his quæ sunt à Pral. sed tantum esse quæstionem, si per mortem ultimi feudatarii feudum vacet; quod cum sit revertum ad Ecclesiam, videatur non posse alteri conferti per

Hh. Præla-

Prelatum quia videretur de novo alienati, contra Ecclesias prohibitionem, si non adhibeantur requisita. Responsum tamen ab Innoc. in c. 2. b. s. infederationem ejusmodi tecum à Prælato liberè fieri. Nam hec per mortem vasalli, qui sine successore deceperit, videatur reverti ad Ecclesiam, non tamen continuo aut simpliciter censetur esse de bonis, aut mensa Ecclesiae, ut tradit Abbas in c. *Vi super Ius. De reb. Ecc. non alien.* cum hoc ipso, quo vacat, non incorporetur Ecclesia, sed necessaria sit Prælati acceptatio; ante quam infundans alterum non peccat contra juris prohibitionem, cum potius ea res spectet ad repudiationem ejus, quod adquiri potuit, quam ad acquisiti alienationem: quo modo est Prælatum extra portas alienanti propositas, dictum supra Tit. 13. num. 6. & ad D. *De acquir. volum. hered. nu. 46.* Quæ ut ita procedant, videatur tamen nec clausa iusta causâ, ut utilitate Ecclesie consularur, quia Pont. in d. c. 2. adjungit, si videris expedire. Quæ concessio commodius proceder, si sit secundo filio, vel consanguineo, ut habetur, d. c. 2.

4 Quid si Prælatus juraverit non alienare, aut non infundare? R. Concedendo rem in Feudum, isto casu nihil facere contra juramentum, cum hoc comprehendat tantum alienationem, que sit de novo, non etiam rei, que alienari solita, cuius concessio non spectat ad alienationem: quo modo in d. c. 2. eam permittit Pont.

Illi singulare est, quod proponitur in c. 1. b. t. & c. 8. *infra De usuris.* non teneri Dominum ex Feudo à vasallo suo sibi oppignorato fructus perceptos computare in sortem, sed circa usura viuum eos sibi retinere posse, salva exactione sortis. Super adequare ratione illius decisionis Pontificis nullum disputatur, eò quod circa usuram creditor non retinetur fructus, salva sorte. Communiter eam tradunt, quod interim, dum est oppignoratum Domino Feudum, vasillus liberè sibi servitio, quod Dominus debet, cuius recompensam Feudum habuit. Quæ res est extra difficultatem si fructus non excedant servitio, ut post Innoc. in d. c. 2. tradidit Covarr. 3. *Parlar. Ref. c. 1. nu. 4.* quia tunc nomine interesse fructus retinetur.

6 Quid si fructus excedant servitio? R. Cavar. & Innoc. ad locis fatis insinuare, videri

usurarium, eos non computare in sortem ad excessum. Verum text. generaliter loquitur, & indistinctè non facta mentione, fructus excedant, at respondeant servitio ultra quod, et si ratione subnixa, textualiter non nata. Glossa d. c. 1. id posit singulariter in finia. Verum nec ejus nomine usura, divisa, & rurali, Canonico jure damnata tolerantur c. 4. b. t. ubi ne quidem ob causam pauciorē usura accepientur. Alii in eo vim pati quod utile dominium cum direcio robo solidetur, verum hoc fallsum videatur, cum dominii jus sit salvum ipsi vasallo. Huius ponitur in condizione Feudi, quod fructus cedant vasallo præstanti servitio, quo si cesset, eos non percipiat. Cessante in casti præfectri, nec venit hic confundere excessus fructuum, siquidem ab inicio hinc ter pro servitio fructus ampliores dati, qui rite retinentur, cessante servitio.

R. Stringe tamen dicta; Primum. Si gratitudinem sit concessum, nam si data pecunia erit à labore usuraria alienum, non computari fructus in sortem, quia tunc fructus excedat servitio, sec est interesse Domini. Secundum res non sit multum aucta & meliora obstrita & expensi vasalli, qui tunc causas cessus fructuum cedat interesse, quod causa servitio, cui respondent fructus; Secundum. Dominus sit laicus, sive Ecclesia, ut fructus cedentes sint computandi in sortem, ut dominus ab usuraria labore liberetur. Ita Narbonenses alios, quos citat in *Manuali* c. 17. nu. 218. opinio mihi probabilius videtur. Ceterum modo Feudum dividatur, à quibus concordatur, & quibus, quo modo habentur, non est ius loci, sicut requirant longorem & singularem Tractatum, quem separatum traditione ad Usus Feudorum.

TITULUS XXI.

De pignoribus & aliis Cautionibus.

SUMMARIUM.

1. *Pignus & Hypotheca quid?*
2. *Conficiuntur vel expedit, vel tractantur.*